valle Josaphat et ibi disceptabo cum eis. Con-
gruum igitur erat ut sicut tristis ibi mente in o-
ratione elevabatur, ita inde corpore ascendens eleva-
tur. Et sicut ibi venerabatur, ita ascendens ab omnibus
sanctis laudaretur. Octava congruitas est sue situatio-
nis quo tempore versatur inter doctores quo usque
ascendit, hoc est ad quem locum ascendit. Ad quod
quam respondere breviter secundum Franciscum Maironis
quod ipse ascendit ad dignissimum et evidentissimum
locum celi empireum. Unde apostolus ad Ephes. iiii. De-
scendit primum in inferiores partes terre. Qui descen-
dit ipse est et qui ascendit super omnes celos ut ad-
impleret omnia. Quantum ad secundum
principale sumitur sermonis verbum de eius modalitate
et qualitate commendationis. Ubi advertendum
quod ipsa die ascensionis bis apparuit discipulis. Primo apparuit
undecim apostolis recumbentibus in cenaculo. Omnes enim tam
apostoli quam alii discipuli, viri et mulieres habitabant in illa
[illegible] Jherusalem que dicebatur mello scilicet in monte Syon, ubi
[illegible] construxerat sibi pallatium. Et erat ibi cena-
[illegible] grande stratum in quo dominus precepit sibi
[illegible] in illo cenaculo tunc etiam apostoli habita-
[illegible] discipuli et mulieres habitabant cum eo
[illegible] memoria et per sequens ibi legendam
[illegible] lo comederent dominus cum apostolis
[illegible] credulitate illorum et duriciam cordis